



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

(Arch.)

94

R


Arch. 91.



R

*Antia rom.*





# HERCVLES

## MEHADIENSIS

*ANIMADVERSIONIBVS CRITICIS*

ILLVSTRATVS

A

*IAC. FERDIN. DE MILLER.*



---

*PESTINI,*

APVD IOSEPHVM EGGNERGER.

1806.



**BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS.**

— — — — quæ sit dubiæ sententiæ menti,  
Expeditam, et paucis — — — — docebo.

**Virgil. *Aeneid.* Lib. XI.**

IAC. FERDIN. DE MILLER

AMICO SVO

ANTONIO KISS

DE

SZENT-GYÖRGY

IN INCLYTO COMITATV TORONTALIENSI TABV-

LAE IVDICIARIAE ASSESSORI

S. P. D.

---

*V*t Herculem Mehadiensem animaduersionibus criticis illustratum *publici iuris facerem*, *existimationis meae ratio suaserat*, *ut vero laborem meum Tibi inscriberem*, *praeclarum tuum in Patriam studium imperavit*. *Tua enim promptitudine nouum rursus Antiquitatis Romano-Dacicae monumentum orbi eradito inpotescit*, *quod diutius inter priuatos parietes delitescibat*, *aeternisque certe sepultum mansisset tenebris*, *nisi meis conatibus tuam iunxisses operam*. — *Vix meam in hoc exquirendo sollicitudinem Tibi ad aures peruenisse existimabam*, *iam mihi illius potiundi spem omni-*

A 2

no tantam feceras, ut in tua sponsione tuto confidere possem. — Paucis quippe diebus interpositis, non modo promissi fidem solvisti, sed eandem etiam singulari observantiae testimonio confirmasti, dum istud insigne ex aera Traiani fragmentum plasticum ea cum voluntate manibus meis consignatum volueras, ut illud Praesidi, et Promotori bonarum Artium, Litterarum, ac Litteratorum nostrae in Patria summo, atque maximo, Serenissimo scilicet Archiduci, IOSEPHO, Principi regio, et Regni Hungariae Palatino tuo nomine traderem, et exhiberem. — Hanc tuam in me fiduciam non poteram non omni cum voluptate amplecti, et provinciam sane iucundissimam tanto alacriori animo exequi, quanto rarius est isthoc tuum exemplum inter homines regionis, quos magis lucri cupidos, quam scientiarum amantes communis tenet opinio. — At enim Di tibi diuitias dederunt, artemque fruendi. Tu neutiquam eorum e numero es, qui deliciis fortunarum suarum pene diffluentes, ex Litteris ingenii cultum parare negligunt. — Te illae in vrbe oblectant, ruri non impediunt, suntque Tibi semper viarum comites. Te bonum patriae ciuem olim futurum augurabar, cum Te adhuc adolescentulum noscendi co-

*pia mihi facta est. — Vidi in Te praestantissimi ingenii dotes, suspexi saepius tuum studendi ardorem, atque desiderium, quo adspirasti, ex literis quaerere laudem, et famam honestam. — Ista animi ornamenta, quae tum assiduitate parasti, te non abiiecisse, quin potius auxisse, argumento est luculentissimo illis, quae virum nobilem decet, ad vitam recte, beateque ducendam, et in tractandis publicis, priuatisque negotiis, supra aetatem tuam cognitio. — Animum tuum neque curandae rei familiaris fatigium, neque demandatae in publicis Prouinciae Conuentibus occupationes a diligenti contemplatione aitorum in regione Temessiensi monumentorum abstrahunt, quin immo profundis Patriae abditis in dies magis delectaris, neque pateris in priuatis aedibus emori, quas ex bustis, morosoque vetustatis silentio in apricum nuper productas fuisse, sciueras Antiquitates; probe scilicet gnarus, eas tutissima esse historiarum archiua, speculumque priscorum temporum, in quo nationum, heroum, illustrium personarum, templorum, et cuiusuis cognominationis aedificiorum non tam memoria conseruatur, quam simulacrum exhibetur. — Ea sane de causa veteres Graeci tantam impenderunt operam in colli-*

gendis, custodiendisque monumentis, quae antiquitate, ac varietate eminebant, ut integras urbes nobiliores fecerint ob vetustissimas tabulas, signa, statuas, vasa, aliasque eius generis antiquitates, quibus ornatae fuerunt. — Ipse quoque C. Julius Caesar antiquissimas Troiae reliquias, et celeberrima eius inclytæ urbis vestigia admiratus est. — Traianus autem Imperator Daciam magnificam reddidit urbibus, pontibus, thermis, aquaeductibus, templis, viis, et coloniis, quarum posteritiam in gente Valacha supersunt. — Hinc est, quod in Hungaria subinde Lopides, Vrnae, Statuae, aliaque monumenta inueniantur, quae haud postremam merentur attentionem, et influxum persaepe habent ad nostri aevi artificia maximum. — Ars plastica profecto ad primam hominis aetatem fere referenda est; quia desiderium si spectes, aemulandi naturam, illud certe iam in Aegyptiis, et Phoenicibus pullulasse obseruatum est: attamen in Graecia plane supra modum flagrasse, summae dexteritatis, plurimique pretii opera, quae ad nos peruenerunt, omne tollunt dubium. — Graeci artem suam cum Romanis communicauere, quorum studium cum primis fuerat, ut per uniuersum Imperium ingenii, gustus, et industriae prostarent

*specimina. — Ex his tuus est Hercules in Dacia olim ripensi inuentus, cui Serenissimus Archidux noster pro insigni, qua pollet, in aestimandis Antiquitatibus perspicacia, tantum honoris deferendum ratus est, ut in suo Museo inter ceteras, quas possidet, prisci temporis raritates dignum eidem locum concedere non dubitauerit. — Id ex honorificis Tibi inscriptis Litteris intelligere, tanto suauius, gratiusque accidere debuit, quanto maioris faciendum est praemium, quod laudabilis tua pietas, fides, et obseruantia hodie tulit. — Equidem Tibi plurimum gratulor, mihi ipsi vero maximopere gaudeo, quod singularis erga Te benignitatis interpretem me esse contigerit. — Accepisti iussu suae Serenitatis regiae meis e manibus annulum, gemmis pretiosum, qui percharum Hungaris nomen donantis, IOSEPHI, ARCHIDVCIS, PALATINI initialibus litteris affabre effictum, refert. — Sit, precor, istud munus Tibi, quoad vixeris, non modo perenne complacentiae documentum, verum etiam perpetuum ad gloriam, atque decus incitamentum. — Quanquam abs tua egregia animi, qua Te imbutum esse noui, indole, haud aliud unquam promitti possit, quam, ut omnia tua consilia, atque facta ad optimi Regis nostri,*

VIII

*Patriaeque dulcissimae salutem, vtilitatem, ac ornamentum nullo non tempore promte, fideliterque dirigas. Vale.*

Scribebam Pesthini ad diem XVI. Junii

Anno MDCCCVI.

---

**R**OMANOS, debellata Italia, ex libidine pro-  
tendendi vltra mare fines Imperii, neutiquam  
*Pannoniae*, *Moesiae*, atque *Daciae* pepercisse,  
easdemque in Prouinciam redegisse, e coaeuis  
Scriptoribus celebris olim SEVERINVS (a) per-  
spicue interpretatus est. — Vnde facili coniectu-  
ra assequi licet, in hoc amplissimo terrarum spa-  
tio, administrationis publicae causa, singula-  
rem quoque Prouinciarum diuisionem intercessis-  
se. (b) — Banatum *Temessiensem*, qui hodie tres  
Comitatus *Temessiensem*, *Torontaliensem*, et *Kras-  
souiensem* gremio suo fouet, *Daciae ripariae*, vel  
*ripensis* cognominatione propter limites, quos ad  
occasum Tibisci, et ad meridiem Istri ripa con-  
stituit, insignitum esse, a plerisque creditur. (c)

---

(a) *Pannon. veter. monumentis illustrata*. Lib. III.  
pag. 85, et seqq.

(b) Conf. SCHONHOVII ANT. *Dignitates omnes, administrationesque tam ciuiles, quam militares, quas Romani in Prouinciis Orientis, et Occidentis habuere, ex Antiquitatis reliquiis. Additus est et ipsarum Prouinciarum Libellus integritati restitutus*. 8. Basileae. 1552.

(c) GRISELINI FR. *Versuch einer polit. und natürl. Geschichte des Temeschwarer Banats*. 1. Brlf. pag. 2.



Partem illam Daciae antiquae, cui hodierna *Transilvania* includebatur, *mediterraneam*, illam autem, quae *Moldaviam* cum *Valachia* complectebatur, *Transalpinam* compellatam esse, ex monumentis, quae a SEIVERTO, (a) HOHENHAUSIO, (b) et FRIDVÁLSZKIO (c) recensentur, nonnulli existimant. — *Mediterraneam* certe primam, *Ripensem* vero secundam, aut graeco vocabulo *Paratomiam*, quod idem significat, nuncupatam fuisse, eruditissimus J. CH. ENGE-LIVS (d) praeclara rerum, locorum, et temporum combinatione explicat.

Primam profecto irruptionem in *Daciam ripensem* TRAIANVS Imp. A. C. 101. V. C. 854. fecit. Alteram in Dacos expeditionem, qua Caesar victoriosissimus foedifragum DECEBALVM penitus confecit, biennio post ea cum armorum felicitate suscepit, vt, erectis ibidem *municipiis*, perennes in Dacia ripensi sedes *Romanis* assignatas fuisse, superstitum *Lapidum* epigrapha confirmat. — *Csernensium* Coloniam ab eodem Impe-

(a) *Inscriptiones monumentorum Romanorum in Dacia mediterranea*, 4. *Viennae*. 1773.

(b) *Alterthümer Daciens in dem heutigen Siebenbürgen aus den Zeiten, als dieses schöne Land die Römer regierten mit Fig. und Karten*. Fol. *Wienn*. 1775.

(c) *Inscriptiones Romano-Transilvanicae*. fol. *Claudiopoli* 1767.

(d) *Commentat. de expeditionibus Traiani ad Danubium* pag. 167. et seqq.

ratore, cum *iure italico*, eorum deductam esse, etiam ex VLPIANO (a) probatur. — Non minus *Margum, Arcidaram, Turrim litteratam, Centum puteam, Bersouiam, ad Aquas, Lixisinum, Morisenum, Tibiscum*, aliaque in ripensi Dacia exsurrexisse Municipia, ex rudibus, quae inibi inuenta sunt, dulcis Amicus meus ENGELIVS (b) perquam dilucide exploratum reddidit.

Si enim fides EVTROPIO (c) habenda est, TRAIANVS, *victa Dacia, ex toto orbe romano, infinitas in eam copias hominum transtulit, ad agros, et vrbes colendas*. Plurimo certe populo inhabitatam fuisse hanc Prouinciam, coniectare integrum est ex *Praefectura*, quam ad *Danubii*, et *Tibisci* littora, cum ipso *Ponte Traiano*, custodienda, institutam, apud ZAMOSCIVM (d) haec inscriptio lapidis testificatur:

*M. Papirio. M. F. C.  
Praef. Coh. J. Pan.  
In Dacia Praef.  
Ripae. Tibissi. Danu.  
Bii. Curatori. Pon.*

---

(a) L. I. de Censibus. ff.

(b) *Comment. de exped. Traian. ad Danub.* pag. 233. et seqq.

(c) *Breuiar. Hist. Rom.* Lib. VIII. Cap. 3.

(d) *Analecta Lapidum vetustorum, et nonnullarum in Dacia Antiquitatum.* 8. Patauii. 1593. Cap. II. pag. 9.

~~—————~~

*Tis. Aug. In. Moesia.*  
*II. Viro. Pop. Plebs.*  
*Vlpia Traian.*  
*Sar. Patr. H. M. P.*

Nihil ergo mirum, si cum primis in Territorio, per quod se hodie Comitatus *Kassouensis* diffundit, plurima *antiquitatum monumenta* e terrae visceribus eruantur, quae passim aetatem dominantis in Dacia Imperii Romani loquantur. — Equidem non temnendam collectionem, omnis generis Antiquitatibus, quae in Banatu repertae sunt, opulente refertam, bonoque dispositam ordine, *Temesiae*, praeterita hyeme, lustrandi occasionem nactus sum, in Aedibus Amici, et Viri doctissimi, RR. D. ANDREAE RADVÁNYI Cath. Eccl. Csanad. Cantoris, et Canonici, etc. Seu Numos, seu Státuas, Vasa, Tabulas, aliaque videas, omnia certe tanti sunt nominis, vt in aliquo Instituti litterarii Museo, publico conspectui exponi mereantur. — Haud longe minori Antiquitatum, et Raritatum penu *Lugosini* potitur matrona lectissima, Coniux Generalis Campi Marschalli Locumtenentis, excellentiss. D. Comitissae SORO.

Amplior adhuc erat copia *Lapidum*, qui Anno MDCCXXXVI. effodiebantur, quum CAROLVS VI. Imp. et Rex Thermas *Mehadienses* restaurari iusserat, quae nunc propylaeum Augustae Bibliothecae Palatinae Viudobonensis exor-

nant. — Anno MDCCLV. rursum per Cameralem Administrationem Austriacam, quae ab an. 1717. vsque 1778. hic magna cum potestate iurisdictionem exercuit, ingens numerus Lapidum, Vasorum, Numorum, et Statuarum, Viennam transportabatur: sed, quod naus pone Pestinum vndis Danubii mergeretur, praeter tristem memoriam, nihil aliud eorum, Patriae reliquum est.

Complura Fana, Delubra, ac Aras pro Imperatorum, atque Praesidum incolumitate Diis aquaticis, scilicet *Herculi, Aesculapio, et Hygiae* locatas fuisse, praecipue *ad Aquas*, vbi fluuiolus *Cserna* hodie *Hungariam* a *Valachia* disternat, et in cuius ripa scaturigines thermarum terrarum rimis ebulliunt, olimque ad *Herculanæ thermas*, quas nunc *Mehadienses* dicimus, derivatae fuerunt, crebriora isthic inuenta rudera aedium, strata tegularum, et Tabulae votivae perspicue docent.

Istas iam antea CARYOPHILVS, (a); (vero nomine PASCALIS GAROFOLO) postea etiam GRISELINVS (b) vulgavit. — *Me inscriptiones* illas, quae ad argumenti mei scopum quoquo modo facere videbantur, eorum causa, qui patriarum antiquitatum cupediis oblectantur, hic repetere neutiquam piguit. — Talis quippe est:

---

(a) *Diss. epistolar. de Thermis Herculanis nuper in Dacia detectis.* 4. Mantuae 1739.

(b) *Geschichte des Temesch. Banats.* 1. Th. 9. Brief.



1-mo

HERCVLI. AVG. VALER. M.  
 FELIX. RVFI. SATVRNINI. G. PP.  
 T. P. EXPR. L. V. STATIONIS  
 TSIERNEN. IIII. ID. A. ANNO. XI.  
 BARBATO. ET. REGVLO. COS.  
 EX. VOTO. POSVIT

2-do

HERCVLI. INVICTO. T. A. GEMIN  
 IANVS. VET. LEGIONIS XIII. GEM  
 ANTONIANAEX. VOTO. POSVIT

3-tio

HERCVLI  
 PRO. SALVTE. IMPE  
 RATORVM. SEVERI  
 ET. ANTONINI. P. CONSER  
 VATORI. AVGVSTORVM  
 DOMINORVM. NOS  
 TRORVM. C. I. GALLVS  
 C. V. LEGATVS. EORVM  
 PR. PP. CVM SVIS.

4-to

HERCVLI. GENIO  
 LOCI. FONTIBVS  
 CALIDIS. CALPVR  
 NIVS. IVLIANVS  
 V. C. LEG. V. MAC.  
 LEGA. AVG. PP. PR.  
 MOE — — — —

V. L. S.

5-to

HERCVLI  
 SALVTIFERO  
 Q. VIBIVS. AMILLVS  
 AVG. COL. DAC.  
 PRO. SALVTE  
 IVLIANI. FILII. SVI.

6-to

HERCVLI  
 INVICTO  
 P. CLAVDIVS  
 IVLIVS  
 COL. EJ. — — — O  
 B. R. V. B. S

7-mo

HERCVLI PRO  
 SALVTE. IMP  
 M. AVREL. ANT

8-uo

HERCVLI  
 TIBI  
 V. S.

9-no

HERCVLI  
 ET VENERI  
 MERCVRIVS  
 PRAEFECTVS  
 CVM. SVIS.



10 mo

HERCVLI IN  
VICTO. L. POM  
PEIVS. CELER  
PRAEF. COOR  
I. VBIORVM. V. S.

11-mo

HERCVLI. SANC  
TO. SIMONIVS. V. C.  
PRAESES. DACIARVM

Ex his inscriptionibus singulus comprehendere quit, Romanos Tabulas votivas *Herculi* suspendisse, ob reparatam valetudinem beneficio *Thermarum*, quae eius nomini dicatae, *Hercularum Thermarum* appellationem accepere.

Has probabilius sub gubernio *Traiani* Imp. conditas fuisse, contra *CARYOPHILVM*, (a) qui illas ad tempora *Antonini* Caesaris retrusit, *GRISELINVS* (b) inscriptione Lapidis euicit in haec verba:

DIIS. ET. NVMINIBVS  
AQVARVM  
VLP. SECVNDINVS  
MAR. VALENS  
POMPONIVS. HAEM. V  
HVLCARVS. A. VALENS  
LEGATI. ROMAM. AD

(a) *Diss. de therm. Hercul.* pag. 64.

(b) *Comesph. Banat.* 1. *Ep.* Brief. pag. 276.

~~CONSULATVM SEVE~~  
 CONSVLATVM SEVE  
 RIANI, C. M. MISSI, INCOLV  
 MES. REVERSI EX. VOTO.

Namque aucto-itate MEZZABARBAE, PE-  
 TAVII, PAVVINII, et aliorum ostendit *Seueria-  
 ni* Consulatum sub imperium HADRIANI inci-  
 disse; (a) ac proinde Lapidem *Num. 1-mo* posi-  
 tum, in quo *Barbatus*, et *Regulus* memorantur  
 sub *C. Aelio Antonio Pio* Consules, posteriorem  
 esse recensita inscriptione, eumque CARYOPHI-  
 LO, plurium *Seuerianorum* (b) synonymia dece-  
 pto, indubie ignotum fuisse.

Me, vt credam, *Herculanus thermas*, olim  
*ad Aquas* (nunc *Mehadiae*) sub *Traiano* adper-  
 tas esse, mouet, *primo*: ATHENAEVS, (c) qui  
 perhibet, quasuis aquas calidas tum apud Grae-  
 cos, cum apud Romanos *Herculi* dicatas, sacras-  
 que fuisse: (d) *secundo* cultus *Traiani* in *Her-  
 culem*, declaratus per *numum*, qui sub quinto  
 illius consulatu cadi, et a GRISELINO (e) de-  
 lineari meruit, cuius pars vna *Herculem* refert  
 erectum, inclinato paululum ad sinistram capi-

(a) *Temesch. Banat. II. Th. Brlef. II. pag. 110.*

(b) PLINIVS quoque vnus meminit, ad quem de-  
 dit *Lib. III. epist. 17.*

(c) *Lib. XII. edi. Lugdun. 1657. fol. pag. 517.*

(d) Complures huc pertinentes Inscriptiones in Ita-  
 lia, et alibi ad calidas aquas inuentae exhibentur a  
 CARYOPHILO in *Diss. de therm. Hercul.*

(e) *Gesch. Temesch. Banat. I. Th. 9. Brlef. pag. 277.*



te, in pectore pelle leonina munitum, expansaque dextera, qua clauam subleuatam tenet, cum epigraphi: HERCVLI CONSERVATORI. Pars altera effigiem *Traiani* laureatam exhibet cum inscriptione: IMP CAES NERVA TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. T. P. COS. V. PP. (a)

*Tertio*: observatum est ab antiquitatum scrutatoribus, Familiam VLPIORVM, ad quam natales suos *Traianus* referebat, in tanta Deorum multitudine sibi prae ceteris *Herculem* pro salute regnantis *Vlpiae* Domus, gentilitium delegisse, singulari veneratione percolendum, testante id ipsum monumento Dacico apud GRVTERVM. (b)

HERCVLI  
CONSERVATORI  
DOMVS VLPIORVM  
— — — M. VERECVNDVS

*Quarto*: Ipse quoque *Traianus*, deuicto penitus *Decebal*o votiuam hanc *Ioui*, atque *Herculi* appendit tabulam, a SEIVERTO (c) genuine editam.

IOVI STATORI  
HERCVLI. VICTORI  
M. VLPIVS. NERVA TRA  
IANVS CAESAR

(a) *Ibidem* Tab. VI. Num. VIII.

(b) *Thesaur. antiq. Inscript.* pag. 45. Num. X.

(c) *Inscript. monum. Rom. in Dac. medit.* Sect. I. n. II. p. 4.

~~— 300 —~~

VICTO. DECEBALO  
DOMITA. DACIA  
VOTVM. SOLVIT

*Quinto*: Etiam a *Colonia Vlpia Traiana Sarmizégethusa Arae Herculis*, pro salute Imperatoris, et eiusdem sorore *Marciana* appositam fuisse Tabulam, indicat Inscriptio apud SEIVERTVM (a)

DEO HERCVLI  
PRO SALVTE  
DIVI. TRAIANI  
AVGVSTI. ET  
MARCIANAE  
SORORIS. AVG.  
COLONIA. DAC  
SARMIZ.

Vti vero ex his, Romanos ipsum *Traianum* ob praeclare gesta in *Dacia*, *Herculi* aequiparasse, mihi persuadeo; ita in hac regione ipsum etiam *Herculem*, seu propter thermas calidas, hic loci saluberrimas, seu propter prosperrimum armorum successum, quem *Traianus* idolo suo attribuit, diuinis plane extra ordinem honoribus exceptum esse, praeter tot, tantasque Lapidum inscriptiones, votiuas Tabulas, et rudera Templo-  
rum, cum primis infiniti numi, Signa, plurimae-  
que Statuae, quae ad *Mehadiam* diuersae formae,  
materiae, ac magnitudinis hunc vsque diem hu-

---

(a) *Inscript. monument. Rom, in Dac. medit. pag. 7.*



nō egestae sunt, testimonium perhibent at, superque firmum.

Admodum familiare fuisse Romanis, *balnea* sua Statuis, et Marmoribus instruere, ex SENECA (a) constat. — CARYOPHILVS (b) septem Statuarum *Herculis* meminit, quae *Mehadiae*, Supremae armorum per Banatum Praefecturae praesidente HAMILTONIO, anno 1736. in *Thermis Herculanis* repertae sunt. — Earum quatuor asserit integras, tres vero mutilatas fuisse, iudicio tamen DAN. ANT. BERTOLI architecti peritissimi, haud magni pretii. — Istarum pulcherriam quae in Caesarea Bibliotheca Aulica Viennensi videri potest, duorum pedum altam, ex candido marmore describendam, aeri que incidendam, (c) sumsit. — *Herculis* dextrum brachium incumbit clauae, (d) qua *apri erymanthei* caput tangit: in sinu tunicae *Hylas* tria *Hesperidum* mala habet, et pone pedem sinistrum canis venaticus sedet, qui puerum intuetur, designans fortitudinem *Alcidis*, dum in monte Arcadiae Ceryneo agros deuastantem aprum mactauit. GRISELINVS (e) etiam iconem exhibet *Sarcophagi* an. 1755. sub

---

(a) Quam *Epist.* 86. ait: „ quantum Statuarum, quantum Columnarum ?

(b) *Diss. de Therm. Herculan.* pag. 94.

(c) *Ibidem* pag. 99.

(d) Ex THEOCR. *Idyl. XIII.* 57. constat, Herculem semper exhiberi cum claua in manu dextra.

(e) *Semesch. Banat. Geschicht.* Tab. III. fig. III.

Generale ENGELSHOVEN ibidem effossi, cui insculpta iacet ignota mulier, stipata ex utroque latere diversae formae *Herculibus*. Lapidi incisae *Herculis* Statuae praeter has non innotuerunt ei plures: contra vero *Numos*, et *Lares* innumeros repertos asseuerat, quorum potior pars in exteras regiones ablata est. (a) — Exportatarum in omnes Europae Pronincias Antiquitatum causam nequiquam aliam crediderim, quam, quod *Banatus Temesiensis* a tempore recuperationis vsque annum 1778. non per indigenas Hungaros, sed per congregatam vndennde hominum colluuiem inhabitatus fuerit, Officiolatusque peregrinus Patriam nostram thesauris spoliare, sibi minime religioni duxerit. Ea propter, quae ex vetustatis *Banaticae* reliquiis apud priuatos Ciues adhuc occultantur, valorem non aequant earum rerum, quae longe hinc abducta foris suspiciuntur. — Ex illis, quae bonis auibus adhuc domi supersunt, exhibet idem doctissimus GRISELINVS (b) in III. Tabula figuram 2dam, quae repraesentat *Statuam aenam Herculis*, pedibus per transversum positis, clauae, quae pelle Leonis obtegitur, incumbentis, manu sinistra post dorsum posita, dextra autem demissa, corpus fatigatum tantisper in partem dextram inclinantis, visam sibi in aedibus Comitum IOANNIS a SORO, olim Supremi

(a) Ibidem 9. d. l. f. pag. 284.

(L) Gesch. des Temesch. Banat. I. Th. 9. B. l. f. pag. 85.



Armorum per Banatum Temessiensem Praefectū.  
 (a) Mihi quoque fortuna nuper euenit, aliam  
 perinde aeneam *Herculis* Statuam in altitudine  
 vnius pedis geometrici, repertam inter agros *Te-*  
*mesienses* a limitropho milite illyro, videndi apud  
 RR. D. Canonicum RADVÁNYI. — His adhuc  
 plures posse inter rudera, quae in regione *Me-*  
*hadiensi*, etiamnum superficiem terrae tegunt,  
 aut in visceribus latent, inueniri, dubiam non  
 est, si auctoritate publica, in quaerendis vetustis  
 Romanorum, Dacorum, aliorumque Populorum,  
 quos eam regionem, EVTROPII (b) testimonio  
 incoluisse, rectissime animaduertit NIC. SINAIVS  
 (c), monumentis, maior aliqua cura adhiberetur,  
 et rerum patriarum studium, multis de causis  
 Hungaro necessarium, tandem aliquandó poten-  
 tiores Toparchas, pro Gentis gloria, communi-  
 que vtilitate magis percolendam inflammaret. —  
 Heu! quam facile tum Patria nostra Penario An-  
 tiquitatum domesticarum potiretur! — Sed enim  
 nemo adhuc obortus est, qui sitim Patriophilorum  
 extinguere, et negligentiae, cuius ab exte-  
 ris, haud omni culpa vacui, arguimur, libem

---

(a) Huic in cunctis similem, sed rudi manu ex  
 aere elaboratam, cum meo nuper ex Banatu reditu,  
 Bibliothecae regnicolae donauit ILL. D. LADISLAUS  
 L. B. de RÉVA Perpetuus in Szklabina, et Biatnicza.

(b) *Breu. histor. Rom.* Lib. VIII. Cap. II.

(c) In Praef. ad editior. Eutropii Debrecinen. 8.  
 ac. 177.

abstergere velit. — Egoismus, inuidia, et luxus eo plane tempore, quo Hungaria inter summam rerum, et temporum vicissitudines maioribus nunc, quam vnquam alias, abundat opibus, nullum prudens admittit consilium. — Omnia sine onere vndeunde suppleri desiderantur, quo redditus largissimi potius ad ostentationem profundi valeant, quam vt honorifica promouere oporteat Instituta, Litteras, aut Litteratos, praemioque dignissimos Patriae Ciues quadantenus beare. — Vtut illiberalia huius generis exempla quotidianam experientiam exclamare cogant! O tempora! o mores! tantum tamen abest, vt desponderemus animos, quin potius iacentem virtutem bona Serenissimi Archiducis, Principisque Regii, IOSEPHI, Regni Palatini voluntas erigit, neque amplius dubitare sinit. Hungariam mox *Museo* etiam Antiquitatum, Pretiosorum, Artefactorum, rariorumque Rerum gauriam. — Hungaros nunquam alienos fuisse, a talismodi Collectionibus, testimonio est *Csaktornyense* Zrinianae Stirpis, quod TOLLIVS (a) quoque olim admiratus est, cimelium. Nostro aeuo primatum sibi optimo iure vindicat Promtuarium, (si *Fraknoense Principum Eszterházy*, et *Hiderváriense Comitum Viczay* excipias) in hoc genere praestantissimum, quod incredibili sumtu Vir de Rege, Regno, et cumprimis de inope, ac morbis afflictis hominum classe meritissimus, excellentiss. ac illustriss. D.

(a) *Epistolar. itinerar.* Epist. VI. pag. 240.

STEPHAN. MARCZIBÁNY de *Puchó* S. C. ac  
 itidem C. R. Maiestati a consiliis intimis coacer-  
 uat, atque *Budas* in aedibus suis perlibenter  
 inspiciendum praebet. — Eho! quantum non  
 ornamenti, vtilitatisque accessorium Nationi pu-  
 tas, quodsi plurimum liberalitas ex amore erga  
 Patriam dulcissimam aliquod conderet Palatium,  
 in quo singulus, qui rem viam dignam ex anti-  
 quitate possidet (si proprietatis iure se penitus  
 exuere, et Patriae donare noli.) saltem erga *fidei*  
*commissum* deponeret, et communi vsui sub pu-  
 blica iurati Custodis cura, ac vigilantia indul-  
 geret. (a)

At enim iaciuntur iam hanc in rem pedeten-  
 tim fundamenta optatis ima, a germanae solidi-  
 tatis Populis mox aliis promouenda. — Equi-  
 dem vehementer gratulor, mihi nuper, *Temesiae*  
 ex altissimo iussu cum praecipuis Bibliothecas  
 Regnicolaris Manuscriptis propter hostium inua-  
 sionem commoranti, ac etiam extra Loc<sup>o</sup> sedem  
 in augendum celeberrimum Institutum Regni *Szé-  
 chényianum* nunquam non intento, fortunam eue-  
 nisse, vt Statuam HERCVLIS non grauate, et  
 gratuito impetrarem, per me XIX. Martii cur-  
 rentis anni suae Serenitati Regiae, Regni Hun-  
 gariae Palatino, praesentatam, atque traditam. —  
 Genuinum illius simulacrum, vt aeri incidatur,

---

(a) Conferendum hanc in rem est *Museum Hunga-  
 ricum* per me altiori iussu proximo concinnatum, suo  
 tempore typis vulgandum.

perspicaciores Antiquitatum arbitri omnino dignum existimarunt, prout nempe nostrae huic Dissertationi praefixum conspiciuntur.

*Statua ipsa ex aere procusa, (a) in altitudine octo pollices aequat, insistens quadrangulari rubro marmoris, quod ad hunc usum postremus illius possessor polliri curavit. — Hercules condensa barba, crinibusque in capite spissis horridus, extenso tantisper sinistro brachio, adpensam tenet pellem Leonis, ac vola tria mala hesperidum comprimit: corpore autem modice in partem laenam inclinato, pedem quoque sinistram infra genu introrsum torquet, atque protensa dextro femore, nodis inflexae clavae expansam manum dextram nixatur.*

Haec anno MDCCLXXX. intra arua *Schinitsensia* pone *Mehadium*, ab incola regionis, forte sulco in terram altius impresso, inuenta fuit. Mox de manu in manum tandiu circumacta erat, donecum anno MDCCLXXXII. pro exiguo pretio, denato RR. D. ERNESTO NEVMANN de *Pucholcz* Cath. Eccl. Csanadiensis Praeposito, et Canonico, eo adhuc tempore Liberae, Regiaeque Civitatis Temesiensis Parocho, Antiquitatum Banaticarum Collectori, et Scrutatori studiosissimo (b) primum in pignus cessa, dein

---

(a) Bronze.

(b) GRISELINVS Gesch. des Temesch. Banat. IX. Brief. pag. 274. fatetur, secum plures Lapidum Incri-





vero vendita fuisset. — Intercedentibus aliquot annis e Transilvania reduci erudito Anglo occasio facta est, hocce perrarum antiquitatis monumentum accuratius examinandi. — Is *Herculem* nostrum non modo proprio delineauerat pugno, sed etiam quingentos Rhenenses pro eodem obtulit, ne vacuus (vt praetexuabat) ex litteraria, quam per Ditionos Hungaricas suscepit, peregrinatione in Patriam reuerteretur. — Post vnus anni interuallum nomine Societatis Scientiarum Londinensis eandem Statuam perraris Romanorum, Graecorumque numis in valore bis mille florenorum, redimere attentauit. — Verum venerandus senecio tunc thesaurum suum amplius aestimare doctus, nullis pollicitationibus induci potuit, vt illum, quoad vixerat, e manibus suis dimitteret.

Hanc *Herculis* nostri historiam a IOS. ERNESTO de ZIHRER ad supremam Caesareo-Regiam Armorum in Banatu Temessiensi Praefecturam orientalium Linguarum Interprete accepimus, cui tanto maior fides habenda est, quanto certius est, eidem cum defuncto Praeposito per multos annos intimam intercessisse amicitiam. — Mibi autem fidedigne constat, a pluribus sollicitatum fuisse, vt sub honorificis conditionibus isthoc venerandae antiquitatis artificium *Museo hungarico*

---

ptiones a NEVMANNO communicatas fuisse, Herculanicae tamen Statuae non meminit, quam certe fidelissime depinxisset, vti alias descripsit, si memoratus Praepositus iam eorum Statuam hanc possedisset.

*Regni*, transcriberet: ast responsum, quod Excell. ac Ill. D. Comiti FRANCISCO SZÉCHÉNYI de *Sárvár-Felső-Vidék* (tit.) etc. etc. nunquam satis digne concelebrando regnicolaris Bibliothecae, et Numophylacii hungarici Conditori reddidit, eum in sensum adornatum erat, ut ab excusatione, qua usus est, diuinare liceret, ei sincerum haud fuisse animum, quocumque demum pretio, cambio, vel promissis, alicui cedendi. — Interim mors repentina illius cogitata, quaequae illa fuerint, praeoccupauerat, sicque anno superiore cum reliqua illius suppellectili domestica etiam *Statua Herculis* sub hasta vendebatur, quam ANTONIO SPRVNG, opulento Ciui, et Quaestori in quinq̄ decem Rhenensibus redimere placuit.

Mihi cum vltima mensis Nouembris anni praeteriti *Temesiam* appetenti aliqua quidem obscura iam erat *Herculis* nostri notitia, sed, quod supra tres menses quotidie fruerer praecipuae, quae illic residet, Nobilitatis perquam cultae, et hospitalis consuetudine, omnis mihi campus adp̄rtus est, in vberiore perueniendi cognitionem. — Examinaui isthoc monumentum non semel, sed pluries, vocatis in consilium praecipuis Artis criticae, omni cum cautione, quam in diiudicandis huiusmodi Antiquitatibus nunquam non adhibendam suadent MONIFAVCONIVS, (a)

---

(a) *L'Antiquité expliquée, et représentée en figures. V. Tome Paris 1719. fol.*

WINKELMANNVS, (a) aliique. — Neque etiam deerat occasio consulendi Viros, priscorum operum insigniter peritos, quorum iudicio maxime excitatus fui, ne me pigeret omnem mouere lapidem, in procuranda ista minus obuia Antiquitate. — SPRVNGIVM haud difficilem, vt sinistre putabatur, expertus sum, quin immo aderam, quum promptissimus omni, quam emtionis iure in hanc *Herculis* Statuam adeptus est, proprietati renunciauit, eandemque in praeciarum, et sedulum artium, patriaeque cumprimis Litteraturae Cultorem, ANTONIVM KISS *de Szent-György*, in Inclyto Comitatu Torontaliensi Tabulae iudicialariae Assessorem transtulit. Iste vero, vt suum in Patriam studium publico aliquo testimonio confirmaret, pro deuotione, atque obseruantia, qua vniuersa Hungaria fertur, Serenissimo nostro Archiduci, Regni Palatino, et Principi Regio., IOSEPHO eandem per me muneri misit.

Nisi me fallat opinio, nostro *Herculi* nequaquam in aliquo Fano locus fuerit, sed *Penatibus*, qui Prouinciarum, Regnorum, ac Vrbiura curam gerere existimabantur, (b) *Laribusque*, qui in Domibus colebantur, (c) probabilius adnu-

(a) *Veschichte der Kunst, und des Alterthums II.* Th. 4. Wien 1776.

(b) De quibus VIRGILIUS *Aeneid. Lib. IV.* cecinit:  
*Tu genitor, cape sacra manu, patriosque Penates.*

(c) OVIDIUS *Fastor. Lib. II.* de his ait:  
— — — *vigilant nostra semper in aede Lares.*

merandum, conicio ex forma Statuae, quae pedem geometricum non superat.

POMEYVS, (a) *Indigetibus*, et *adscriptitiis* Diis, ad quos *Heroes* pertinebant, *Herculem* accenset, eiusdemque figuram exhibet, cuius caput leonina pellis operit, incubantem dextra clauae: addit quoque numum, in quo *Hercules* spectatur sinistro humero pellem leoninam, dextra clauam gestans. Has, aliasque huius Dei formas indubitatum est, desumptas esse a laboribus, quos perfecit, quosue NATALIS COMES (b) prolixius recitat. Paucis eosdem exprimit AVSONIVS (c) versibus, perperam VIRGILIO adscriptis:

*Prima Cleonaei tolerata aerumna Leonis,*  
*Proxima Lernaeam ferro face contudit hydram,*  
*Mox Erymanthaeum vis tertia perculit aprum,*  
*Aeripedis quarto tulit anrea cornua cerui,*  
*Symphalidas pepulit volucres discrimine quinto,*  
*Threiciam sexto spoliavit Amazona balteo,*  
*Septima in Augiae stabulis impensa laboris,*  
*Octaua expulso numeratur adorea tauro,*  
*In Diomedaeis victoria nona quadrigis,*  
*Geryone extincto decimam dat Iberia palmam,*  
*Vndecimum mala Hesperidum distincta triumphum,*  
*Cerberus extremi suprema est meta laboris.*

---

(a) *Panth. mythic.* Part. VI. pag. mihi 231. et seqq.

(b) *Mytholog.* Lib. VII. Cap. I.

(c) apud ROSINVM in *Antiquit. Roman.* Lib. II. Cap. 17.

Istas porro, pluresue HERCVLIS labores, aut potius laborum commenta, quae Poetae confinxerunt, plebsque fabulis assueta religiose adoptavit, iam olim D. AVGVSTINVS (a) sapienter observavit, a *Samsonis* gestis, quae in Sacris Litteris (b) enarrantur, mutuata fuisse. Vti enim *Samson* leonem discerpserat, ita id ipsum *Hercules* fecisse fingitur. Huic facto nostra Statua plane respondet. — Videtur generosus iste actus non abs re inter praecipuos illius labores, a DIO-DORO SICVLO (c) recitatos, passim primo loco poni, eaque de caussa procero corpore cum pelle Leonis, atque clava in dextra manu hocce idolum, ALCIDIS nomine ab omnibus populis condecoratum pingi, haud inconsulte HOLLEVS (d) animaduertit.

*Hercules* enim, venationi per siluam *Nemaeam* intentus fingitur offendisse in Leonem insolitae magnitudinis, quem mox enecuit, cuiusue exuviis se postea exornavit. — Quo autem gladiatoria ista pugna nunquam non a populo celebraretur, commenti sunt Poetae, hunc ipsum *Leonem* ad astra sublatum, et inter duodecim Zodiaci Signa adoptatum esse. (e) Singularem de-

---

(a) de *Ciuit. Dei* Lib. XVIII. Cap. 19.

(b) *Lib. Iudicum* Cap. 12. 14. 19. et 20.

(c) *Historiar.* Lib. V. Cap. 2.

(d) *Mytholog. seu fabul. Deor. Hist.* Lib. III. Cap. II.

(e) MANIL. *Astronom.* Lib. I. HYGIN. *Astron.* Lib. II. Cap. 24.

de cultu *Herculem a Florentinis, Veliteranis*, aliisque orbis eorum cogniti gentibus exceptam fuisse, eruditissime adnotavit FRAN. ANT. GORIVS. (a) — *Syriorum* quoque Reges, utpote: *Seleucidae*, et *Heracidae* pellem leoninam summi ornamenti loco gestasse narrantur; quemadmodum hodie nobilis miles Praetorianus Hungarus in Aula Caesareo-Regia Vindobonensi Tygridis pelle, ornatus elegantioris ergo vinctus est. (b) — Immo PAVSANIAS (c) perhibet, sua adhuc aetate in saltibus, qui *Cleonem* inter, et *Argum* iacent, ostensum sibi fuisse antrum, quinque ab Vrbe *Nemaea* dissitum stadiis, in quo Leo, ab *Hercule* dilaniatus, domicilium suum habuisse, pie ab incolis regionis credebatur.

Non vero vnum, sed plures olim existisse *Hercules* iam etiam veteres Scriptores contenderunt. Ita DIODORVS SICVLVS (d) tres huius nominis fuisse Deos docuit, CICERO (e) sex asseruit, TERENCEVS VARRO autem plane tres supra quadraginta numeravit. — *Phoenicius* putabatur antiquissimus esse, cuius honoribus *Tyrii* solenne posuerunt Templum, *Aegyptiacus* delinquentibus asyllum praebuit, *Cretensis*, vel *Idaeus* auctor Ludorum Olympiacorum fuit. — Hos

---

(a) *Antiquitat. Etrusc.* pag. 33.

(b) DÉCSISAM. *Sz. Magyar Koron. Histor.* pag. 499.

(c) *Descript. Graeciae* in Corinth. pag. mihi 1113

(d) *Bibl. Histor.* Lib. III. pag. mihi 207. et. 208.

(e) *De Nat. Deor.* Lib. III. Cap. 16.

excipit *Endouellicus* Hispanorum, *Ogmius*, itemque *Magusanus* Gallorum, *Daesanaus* Indorum, *Alcaeus*, vel *Alcides* Graecorum. — Etsi verogens ridicule quaequae comminisci exercitata, inioribus duntaxat suis Diis *Herculem* accensuerit, in illum tamen vnum, quae coecitati vetusti temporis fabulari placuit, generosa fortitudinis facinora liberalissime *Graecia* transtulit. (a) — Singulas de *Hercule* persequi fabellas ad Dissertationis huius argumentum nequaquam facit, neque etiam ad illustrandam Statuam nostram pertinet, sed curiosos Antiquitatum, et studiosos Mythologiae Lectores ad **HYGINVM**, (b) **MACROBIVM**, (c) **THEOCRITVM**, (d) **SENECAM**, (e) **VOSSIVM**, (f) **BANIERIVM**, (g) **COMITEM NATALEM**, (h) **SCHATZIVM**, (i) aliosque remittimus.

(a) Graecis Herculein summo in pretio fuisse, testis est **HORATIVS**, quum *Carm. Lib. IV. Od. 5.* ait:

— — — — *Laribus tuam*

*Miscet numen, uti Graecia Castoris,*

*Et magni memor Herculis.*

(b) *Poetic. Astronom. fab. 31.*

(c) *Saturnal. Conuiuiv. Lib. 1.*

(d) *Idyllor. 32.*

(e) *Hercul. furent.*

(f) *Theolog. Gentil. Lib. III.*

(g) *Erläuterung der Götterlehre, und Sabeln aus der Geschichte. IX. B. V. Abthell. III. B. VI. Kap. pag. 341.*

(h) *Mytholog. Lib. VII. Cap. I.*

(i) *Antiquit. Graec. et Rom. Lib. I. Cap. 1. pag. 52.*

Silentio tamen haud praetereunda esse videtur opinio CLERICII, (a) qui *Herculis* nomen neutiquam fuisse proprium personae, sed appellativum a phoenicia voce *Harokel*, vel *Rokel*, quae Mercatorem significat, derivatum existimat. Hoc enim cognomine vocatos fuisse docet, qui incognitas terras detexerunt, nauigijs in disitis regiones novas Colonias deportarunt, omnemque curam, atque sollicitudinem adhibuerunt, ut Territoria a feris animantibus repurgarentur, ad quaestum sine periculo promouendum, commodeque exercendum, quem propter bestiarum frequentiam subinde impeditum fuisse, diuinare proum est: (b) — Venationes proinde contra noxia animalia illic instituere oportuit crebriores, cuius generis mox fontem heroismi, immo etiam fundamentum belligerationum euasisse, confirmat exemplum, quod Sacrae Litterae apud MOSEM (c) in *Nimrodo* luculentissimum exhibent. — Inde ergo est, quod Heroes illius aevi *Herculis* adpellatione condecorati, et distincti fuisse, non temere putentur. — Sub *Hercule* Tyrensi latet vtique *Thasius*, sub phoenicio *Agenor*, sub Ae-


---

(a) *Biblioth. vniuers.* Tom. II.

(b) Conf. nostram *Exercitat. X: de Origine Commercii, et Navigation.* §. XI. inter *MSS. Opera omnid. varii argumenti* Tom. IX.

(c) *Genes.* Lib. I. Cap. XI. v. 9. ait: „*fortis Venditor coram Domino:*





gyptiaco *Osôchor*, sub aliis aliî paulo superius memorati. — Si istis adiiciamus *Dæicum*, et sub hoc nomine *Traianum* intelligamus, nihil audacter asseueramus, quum tot, tantaque fuerint Imperatoris huius in Dacia præclare gesta, vt cum incredibili *Herculis* robore non abs re comparari valeant. Quae vti hæud fictitia, sed omnino vera sunt, ita eadem, Populo, Senatuque Romano annuente, in pærennem rei memoriam famigeratissimæ *Columnæ Traianæ* incisa fuere, cuius effigiem cum descriptione præter alios olim AND. MORELLIVS (a) publica luce donauit.

Sed, ne extra orbitam diutius diuagari videar, regredior ad *Herculem mehadiensem*, quem profecto a figuris, quas in diuersorum Scriptorum Operibus depictas inspicere licuit, differre confitendum est. — Hoc autem discrimen, nostro antiquitatis Banaticæ monumento non postremam addere *raritatis* notam, facile perspicui potest. Vti enim *Herculi* diuersi attribuuntur labores, ita quoque Pictoribus, Statuaris, atque aliis Artificibus variarum formarum icones effingere visum est. Attamen obseruarunt Critices periti, in nullis fere imaginibus, gemmis, statuis, aut nummis desiderari præcipuos eius characteres, scilicet *clauam*, atque *exuuias Leonis*. — Apud Ce-

---

(a) *Columna Trajana exhibens historiam vtriusque Belli Dacici a Traiano Caesare Aug. gesti. cum fig. fol. Amstaelod. 1752.*

leb. olim MONTFAVCONIVM (a) singulares  
 Herculis figurae sic depinguntur: „ Staturae fuit  
 „ enormis, roborisque incredibilis: quidam eius  
 „ staturam fuisse ait quatuor cubitorum, pedis-  
 „ que vnus, tresque dentium ordines habebat,  
 „ vt fabulatur alius. Quia vero nihil fere in My-  
 „ thologia non controuersiae obnoxium est, de  
 „ statura Herculis varia narrantur; Hieronymus a  
 „ Clemente Alexandrino in Protrept. pag. 9. al-  
 „ latus, Herculem ait, breuis staturae fuisse, spar-  
 „ sis, neglectisque capillis, sed immani corpo-  
 „ ris robore. Dicaearchus ibidem ipsum statura  
 „ quadratum ait, neruosum, nigrum, aquilino  
 „ naso, caesiis oculis, capillis incomptis. Proce-  
 „ rae vero illum staturae, imberbemque videmus  
 „ in imagine sequenti, vbi clauam tenet: imber-  
 „ bis item conspicitur in gemma, vbi solum ca-  
 „ put lauro coronatum comparet: laurea Corona  
 „ iam aliquod certamen iniisse indicat, si tamen  
 „ is vere Hercules sit, qua de re dubitatur, fides  
 „ esto penes eum, qui pro Hercule habuit, et  
 „ publicauit,“ — Quo vero differentia figurarum  
 Herculinarum clarius innotescat, inspiciendae, et  
 examinandae sunt ipsae Tabulae, quas MONT-  
 FAVCONIVS pretiosissimo suo Operi adiecit. Sic:  
*Tomo I. in Tabula CXXIII. videre est, simula-  
 cra Herculis modo coronati, modo imberbis. In*

---

(a) Haec in textu gallico legenda sunt: in *L'anti-  
 quité expliquée, et représentée en figures fol. a Paris*  
 1719. Tom. I. Cap. I. §. V. pag. 195.



*Tabula CXXIV.* barbati plures repraesentantur *Hercules* cum varia corporis inflexione, et diuersis laborum attributis. In *Tabula CXXV.* videas ab eo imperperite dilaniari leonem. In *Tabula CXXVI.* et *CXXVII.* ex Museo *Maffeiano* varii moduli producantur Numi, eius honoribus cusi, diuersosque fortitudinis actus exprimentes. Ex innumera *Herculum* multitudine, quos MONT-FAVCONIVS ex autographis in splendidissimum suum Opus asciuit, *Lari* nostro Banatico quadantenus accederet repraesentatio *Herculis* in *Tab. CXXVII. Num. I.* si pedem sinistrum non directe, dextrum minus extensum teneret, et ligatos fascia non haberet capillos, tametsi cetera attributa nostrae respondeant Statuae. — Perinde ad eandem prope accederet figura in *Tabula CXXIX. Nro. 2.* ex Museo *Fontainiano* desumpta, si pede sinistro protenso, et dextro directo, capillisque lauro obductis ab ea non distingueretur. — Vniuersim denique *Herculis* Statuae, quae cum variis Inscriptionibus, itemque numi Herculanis, quorum icones in Tabulis CXXX. vsque CXLI. exhibentur, nostrae Antiquitati neutiquam conueniunt. — Itaque nostro huic perraro monumento inter singulariores, et originales affabre formatas *Herculis* Statuas locum concedendum esse, ex principiis Artis plasticae talismodi antiquitatum periti merito arbitrati sunt.

Etiamsi vltro admittendum sit, eam haud esse opus Artificis ex prima Romana antiquitate

seruatum, cui princeps fortassis subsellium adiu-  
dicandum putetur, minusque tale (vt verbis ERY-  
CI PVTEANI (a) loquar: in quo *obstupescas et*  
*Lysippi aera, et Apellis colores, et Pyrgotelis*  
*coelamina;* sunt tamen in eo praesto — — — *me-*  
*ritae non vilia praemia musae,* manetque ideo  
dignum certe aevi sui artificium. — Varietas enim  
et ars in fingendo, sculpendisque membrorum  
musculis, cultu item, habituque corporis polien-  
do vetustatem figurae mirifice commendat,

Quodsi proinde 1.) tempus duplicis *Traianae*  
expeditionis in *Daciam* contra *Geturum*, (b) vel  
*Sarmatarum* (c) Regem *Decebalum* penitus debel-  
latum, quodsi item 2.) Pontis super Danubio,  
iussu eiusdem Imperatoris (d) ab Architecto *Apol-*  
*odoro Damaseno* erecti, quae etiamnum visun-  
tur, rudera; quodsi praeterea 3.) innumerorum  
Lapidum, et cumprimis illorum, quos recitau-  
mus, tum etiam aliorum, qui apud LAZIVM,  
TRÖSTERVM, ceterosque existunt, inscriptio-  
nes, quodsi insuper 4.) summum cultum, quo  
TRAIANVS, immo vniuersa Stirps VLPIORVM  
*Herculem* prosequebatur, quodsi denique 5.) De-  
lubrorum vestigia, thermarum cauernas, reper-

---

(a) *Epistol. Promuls. Centur. I. epist. 4.*

(b) *Dacos* nomine *Geturum* apud PLINIVM, STRA-  
BONEM, et PTOLOMAEVM venire, cognitum est.

(c) PASTORIVS *de origine Sarmatar.* pag. 54.

(d) PLINIVS *Epistol. Lib. VIII. epist. 4.*



tos nummos, atque effossos illic diuersae magnitudinis, habitus, et materiae Statuas Herculanæ, a nobis superius insinuatæ, cum rerum, locorum, et temporum adiunctis diligentius expendere lubet, nihil profecto nos prohibet credere, Statuam nostram, *suo in genere* admodum perfectam, ætate *Traiani* prociusam esse,

Verum, ne quid vanum a me dictum putetur, inspiciatur, quaeso, *numus* a CARYOPHILQ (a) cum epigraphi DIS AVSPICIEVS TR. P. III, COS. II. P. P. propositus, in quo figura *Herculis* ne hilo quidem a monumento Banatico recedit. *Hercules* crispus, et barbatus gestat signa, scilicet *clauam*, quam semper dextra ipsius manus capiebat, (b) atque exuias *Leonis*, quem in *Nemea* conflixit, e brachio pendentes, (c) cum tribus in manu *Hesperidum* malis: ceterae quoque corporis partes, et flexiones cum nostra antiquitate plene cohaerent. A latere eius Bacchus dextra vas, sinistra hastam tenet, nudi stantes, in quorum medio Tigris. Numus percussus est A. V. C. 943. Christi 194. Coss. Seuero, et Albino Caesare Seueri Imp. 2. — Quare fidenter coniectari potest, *Herculem Mehadicensem* in *Dacia* fortassis *prototypon* fuisse inter Lares, ab

(a) *Diss. arist. de Therm. Herculan.*

(b) Καὶ ἰόπαλος, τὸ ἄ αἰεὶ ἐχάδανε δεξιτερῇ χειρὶ  
THEOCRIT. *Idyl. XIII.*

(c) Δέσμα γέονται μάλα εἰ κεχουρισμένοι αὐτῶ  
THEOCR. *Idyl. XXIV.*

Incolis singulari veneratione observatos, ex quo delineati numi figura transumpta est, hacque moneta esse utique priorem. — Mihi profecto, si numum hunc excipiam, iconem Idolo nostro *adaequate* similem, nondum videre contigit; tametsi complures Antiquitatum romanarum, et graecarum Scriptores, vel Editores consulere nequiquam neglexerim. Non tamen existere negauerim, quae meos effugerunt oculos. — Obuium certe non est. Haec ergo *raritas* iam omnino sufficit, ad vetustum isthoc artis plasticae specimen condigno donandum pretio, etiamsi euenire possit, ut impudens quidam aristarchus imprudenter assurgat, et opinione sua, nonnulla, quae emendatissima, accuratissimaque Aesthetici requirere solent, forsitan adhuc desiderari arbitretur. — At in hoc quoque genere Artifex operi suo utcunque prospectum esse voluit, nihilque praetermisit, quod ad celebrandam florentem TRAIANI aetatem quoque modo pertinere iudicauit. — Sedatis enim in Imperio turbis, compositisque dissensionibus, Roma nouam rursus vitam sub TRAIANO Imperatore induit, artes denuo florere coeperunt, artificesque praeclaris iterum operibus parandis sua impenderunt studia. — Celebris nuper philotechnus WINKELMANNVS. (a) id recte sibi persuasit ab architectonicis monumentis, et ex Statuis

---

(a) Geschichte der Kunst des Alterthums. II. Th. I. Kap. pag. 825. — 230.

illius temporis, quæ naturam, vt aiunt, *ideallem* mirilice exprimunt, ingenium, argumentum, dexteram denique Statuarii prædicant, tametsi paucae admodum reliquiae maiorum, at contra amplior minorum Statuarum copia supersit. — Ad has referendus quoque est *Hercules* noster *mehadiensis*, cuius vultus vitam, et spiritum annunciat, et validæ, quæ per totam aeneam hanc figuram protenduntur, lineæ quemdam eminentem fortitudinis gradum indicant. — Quanto enim diutius eam conspexeris, tanto accuratior non potest non adparere audax ductuum in hac Statua maiestas. — Multa certe cum perspicacia, et pene ad calculum reuocata corporis inflexio, quæ non minus in superficie membrorum, quam etiam in modo depressis, modo in altum editis musculis dominatur, plurimum commendat artificis dexteritatem, qui scilicet venustatem cum præcellentia roboris, viriumque adeo feliciter copulare nouit, vt harmonia, proportio totius operis, et vinculum suis partibus aptissime respondeat, omnis denique labor, ita dextre perfectus est, vt egregium artis plasticæ paradigma merito posuisse censeatur, hocque perrarum nostrum Antiquitatis specimen perenne maneat ex aëno **TRAIANI** fragmentum.

Vtut vero isthoc meum de **HERCVLE MEHADIENSI** iudicium non ex imbecillis ingenii impetu fluxerit, sed diligenter principiis accommodatum sit, quæ in examine operum plasticorum

sum consulenda DV FRESNOY (a) his verbis cecinit :

*Inque figurarum cumulis non omnibus idem  
Corporis infleens, motusque : vel artubus omnes  
Conuersis pariter non connitantur eodem :  
Sed quaedam in diuersa trahant contraria membra,  
Transuerseque aliis pugnent, et caetera frangant.*

uenit tamen, vt non nemo improvido potius consilio, quam aequo semet erigeret animo, aestimandumque nostrum Antiquitatis monumentum vana crysi succisurus, mihi epistoliolum traderet, nescio, certiorane me docendi studio, aut ex indicandae multae suae experientiae leuitate? — Est enim quibusdam hominibus perquam familiare, vt mirum in modum eruditionis laude corripiantur, cupiantque — — *digito monstrari, et dicier, hic est.* (b) Ego quidem mihi inscriptas Literas ad veritatis rationem reuocare adnissus sum, non tamen me ex illis doctiorem comperio, — Quo illae ad publicam perueniant notitiam, partium mearum esse existimaui, eas huc transcribere. Ait enim :

„Fas mihi sit, Tibi Vir Spectabilis, ac eruditissime! observationes meas artisticas super „statua Herculis, quam Tu attulisti, candide de „promere. Inspeci ego varia Italiae Musea, vidi „complura exemplaria, quae ex veteribus de-

---

(a) De Art. Graph. pag. 137.

(b) A. PERSIUS Satyr. 1.





„ sumta in Academia Caesareo-Regia Plastica Vin-  
 „ dobonae recondita sunt; lustravi Pinacothecas,  
 „ in quibus per complures menses, fere quoti-  
 „ die, per artificem peritissimum manuductus,  
 „ artisticam hausi cognitionem, quam, vt exten-  
 „ derem, omnem contuli operam, vt praecipua  
 „ artis Plasticae, et Pictoriae in meas manus de-  
 „ uoluantur opera. Praesto mihi fuit Bibliotheca  
 „ Palatina et eruditorum suppellex libraria.

„ Meo iudicio statua haec, ex Thermis Her-  
 „ culanis eruta, non est ex aeuo Augusti Caesa-  
 „ ris, in quo artes, et scientiae florere; hac enim  
 „ aetate opera plastica fere a Graecis tantum pa-  
 „ rabantur artificibus, qui simulacra Deorum,  
 „ spiritu afflati artistico, ita finxerunt, vt intuen-  
 „ bus, non communis hominum natura, sed sub-  
 „ limis Heroum oculis subiiciatur imago. Ego  
 „ praeter felicem musculorum effictionem, quae  
 „ ad Anatomiam spectat plasticam, nihil in hac  
 „ reperio statua, quod spectantis afficere posset  
 „ animum. Non est in vultu expressa animi icon,  
 „ quam artifices *characterem* vocant, nullumque  
 „ cernitur in eodem Pathos, Veteres Herculem  
 „ raro finxerunt laborantem; plerumque visitur in  
 „ Heroe hoc sublimis illa quies animi, quae post  
 „ exantlatos labores fortitudinis reminiscitur suae.  
 „ Ita repraesentatum vidi nostrum Aleidem in Da-  
 „ ctyliothecis, et Museis plasticis, in partibus ex  
 „ Dactyliotheca STOSCHII, et LIPERTII di-  
 „ sumtis. Vna tantum mihi nota est gemma, in

„qua Hercules, iuuenem repraesentans, Nemeum  
 „opprimit leonem. Alcides mehadensis simpli-  
 „citer stare videtur, sine vlllo motu corporis.  
 „Non inest simulacro huic sublimis illa quies;  
 „clauam dextra tenet, ex sinistra exuuiæ de-  
 „pendent leqnis. Omnia ostentatorem praedae  
 „communem, non Heroem exhibent. Quantus  
 „occurrit in gemma cornalina Alcides cum Te-  
 „lepho! asseruatur hoc cimelion inter thesauros  
 „Vindobonenses Augusti Regis nostri.

„Statua ista ex rationibus praepositis ad  
 „sequiora referenda est secula, et quidem, vt  
 „videtur ad secundum aut tertium, in quibus  
 „artifices defecere, artesque ipsae ex prouinciis  
 „exulare debuerunt Romanis.

„Ad designandam saepe fatae huius statuae  
 „aetatem, necessarium est scire, quo tempore  
 „haec ex thesauris eruta sit Herculanis, quibus-  
 „cum monumentis? Hac sine cognitione perpe-  
 „ram semper de aetate operis huius plastici iu-  
 „dicabimus,“

„Iam oro, vt opinionem meam aequi, bo-  
 „nique consulas, meque Te magni facientem,  
 „et diligentem aestimare pergas, Vale. Dabam  
 „Pestini Calendis Martii MDCCCVI.

„Immortale artis plasticæ opus, *Alcides*.  
 „*Farnesius*, sublimem illam animi quietem ex-  
 „primit. Venae, et muscoli non mouentur, omnes  
 „artus quietem indigitant, pectus leniter moueri  
 „videtur, crura composita, sinistrum brachium

„ incumbit clauae, dextra manus Hesperia tenet,  
 „ poma, collum tortile ad coelum vergens, no-  
 „ bile caput inclinatur cum gratia, serena frons,  
 „ maiestas in vultu, sublimis quies animi, de-  
 „ pressae palpebrae, oculi natantes, dulcis in la-  
 „ biis risus. Omnibus his illecebris caret Hercu-  
 „ les meliadiensis, cuius corpus nullam exhibet  
 „ formarum pulchritudinem (ιδόνη ζευμεν), quae  
 „ ideales esse debent. Omne opus plasticum *in*  
 „ *toto ideale* esse debet, quemadmodum poema,  
 „ et tabula picta. Quid per Idealismum illum ae-  
 „ stheticum intelligam, Tibi, vir eruditissime!  
 „ abunde constat. — Jam manum de tabula —  
 „ media instat nox. —

Diffiteri non possum, me perlecta hac epi-  
 stola, vehementer stupuisse, quod vir, qui vitae  
 suae curriculum ultra quatuor decades iam pro-  
 duxit, figuram, vix mediocriter inspectam, im-  
 maturo conatu excipere neutiquam erubuerit. Non-  
 dum certe me ita imprudentem haberi sentio, vt  
 monumentum nullius pretii studiosius venarer,  
 impudensque consentirem, quo alius illud regio  
 offerret Principi, qui liberali prorsus remunera-  
 tione sibi muneri missum redimere non dubita-  
 uit. — Nihilominus inconsultam Lectionem sempiterno  
 pressissem silentio, nisi disseminata occulte  
 inter gregales Recensionis fama, mihi inuito  
 respondendi necessitatem non tam imposuisset,  
 quam excussisset. — Homini enim a iurgiis, et  
 litibus Eruditum nunquam non alienissimo,


nihil grauius accidere potest, quam si cum FLACCO VENVSINO quæsi cogitar:

*Tecum mihi discordia est? (a)*

Interim doctissimæ nostro Antiquitatum Censori plurimum gratular de petrara illa felicitate, qua se tot, tantaque Musea peruagatum esse, et in Arte plastica adeo opimo cum fructu profecisse gloriatur, vt mihi fere cum *Aempo* ingemiscendum sit, occupata per illum omni cognitione, nullam relictam esse occasionem, Plasticæ hauriendi notitiam. — Probabilius beneuolus iste Correspondens me monitum esse voluit, vt irarem in ipsius verba, tanquam magistri, quod nosset, me studio Antiquitatum haud occupari, Jurisprudentiæ, huic affinis Scientiis, ac eiusdem Cultoribus plurimam laudem deferre, immo me ipsum longiori tempore *Corpus Juris hungarici* manibus versasse. Id quidem non negauerim: namque prima mihi cura fuit, vt essem *patrii non degener oris*, essentque mihi *verba diserta foro*: attamen omnis boni gustus expertus non fueram, vt ut probi duntaxat, non eruditi Ciuis nomen sectatus sim. — Quid autem didicerim? quid viderim? quid expertus sim? quid sciam? iactare, prudentia vetat. — Nihilominus abs tua amicitia precor:

---

(a) HORAT. *Epod.* Od. IV.



*Compesce mentem: me quoque pectoris*

*Tentavit in dulci iuventa*

*Fervor. (a) — — —*

tametsi in celeres iambos non miserit furentem, sed solidioribus iusserit intendere *animum studis, et rebus honestis*. (b) — Opuscula mihi nunquam ex pruritu scribendi, sed semper ab occasione enata te condocerent, num ego aliquo cum fructu *aestheticam* aliquando salutauerim? (c) — Vltro tamen abs te doceri, me nequaquam pudebit, etiamsi octogenario maiorem fieri contingeret. — Quoniam autem me in disquirendis Antiquitatibus ad sensum *veri, pulchrique* relegare videris, me non acumen ingenii, sed intelligentia rei, cum anu Plautina tibi respondere cogit: *semper oculatae nostrae sunt manus, credunt, quod vident*.

Quem in finem, oro, mihi obiciis *Alcidem Farnesium, gemmam cornalinam Alcidis* cum *Telepho*, repraesentationesque ex *Dactyliothecca STOSCHII, et LIPERTII*? — Sintne haec vetustatis, sintne elegantiae, vel eminentiae contra *Herculem mehadiensem* testimonia? equidem ignoro. — Nemo certe tuis, quos recenset, Alcidi seu antiquitatem, seu formarum pulchritudinem abnuerit: ad euincendam tamen eminentiam non

---

(a) HORAT. *Carm.* Lib. I. Od. 16.

(b) IDEM *Epistol.* Lib. I. epist. 2.

(c) *Sapienti pauca*.

ab artificiosis gemmis, et ex Dactylithecis petendum erat argumentum. — De Statua enim sermo est: ergo uti in Foro contradictorio ius iuri opponi solet, ita nostrae quoque Statuae, eiusdem materiae, et figurae, ad vnguem quippe similis opponenda fuerat, ut diiudicari possit, vtra artificio, et formae pulchritudine praeualeat? — Insinuavi ego plures statuas, quae in absolutissimo MONTFAVCONII Opere continentur, recitavi varias figuras ex diuersis Museis, et numis, ut dissimilitudinem formarum monstrarem, nostraeque suo in genere pretium, raritatemque confirmarem. — Si plures vis, remitto te ad SPELMANNI IOAN. *Gazam selectissimam*, CAUSEI MICHAELIS *Romanum Museum*, SMETHII IOAN. *Pinacothecam, Museum Florentinum*, aliosque Antiquitatum Scriptores: quibus addo famigeratissimam *Herculis* Statuam ex *museo Clementino*, quam PERRIERVS (a) delineavit: *Alcides* scilicet laboribus fessus, nudus, promissa barba, incubat sinistro brachio clauae, quae exuuiis leonis obtegitur, proiecta post tergum manu dextra, quam pomum aureum sustinet, torto in humerum sinistrum deorsum collo, atque capite. — Sed neque istud monumentum quidpiam similitudinis cum nostra Antiquitate habet, minimeque eius (uti nec illa, quae tu refers) elidit auctori-

---

(a) *Abbildungen der vorzüglichsten alten Statuen, und Gruppen, die sich theils in Rom, theils in Paris befinden.* pag. 31.

tem. — Videtur *Herculis* nostri aliquod olim existisse prototypon, ex marmore, aut metallo in maiori forma effictum, quod arce expositum in fano quopiam percolebatur. Ex hoc probabilius minoris formae aenea Mehadiensis effigies transumpta est. — Non enim fugit Antiquitatum arbitros, Artificibus veteris aeni haud indultum fuisse, vt icones Deorum pro suae phantasiae lubitu comminiscerentur. Lege quippe mythologica adstricti fuerunt, semet Theologiae Gentilium accommodare, Diisque suis ea tantum concedere attributa, quae coecitas idololatrica veteris aeni tribuenda religiose existimauit. (a) Hinc *Lares* quoque, ad quos Statua mehadiensis pertinet, ad formam prototypi effingendi erant, neque aliter Dii ac Heroes in numis repraesentari poterant, quam a Sacrificulis praeceptum fuerat. Firmissimum isthoc reddit assertum numus cum icone *Herculis mehadiensis* cusus, et a nobis supra explanatus.

Erat itaque Statuariis, sculptoribus, pictoribus, aliisque artificibus lex posita, vt duodecim laborum in adumbrando *Hercule* nunquam non essent memores. — Hinc *Hercules* Iouis, et Alcmenae filius, aut nudus, aut pelle leonina operatus, in iconibus, marmoribus, numis, et statuis, et quidem annis maturus cum barba, vt adolescentulus imberbis repraesentatur. — Comparet

---

(a) VHLICH Versuch einer Numismatik für Künstler II. Abschn. I. Haupt. pag. 29.

saepenumero armatus arcu, et pharetra: praecipuum tamen eius signum est *claua*, et *pomum auream*. Ita eundem exhibet VHLICHVS (a) *Tab. 5. fig. 2.* Praecipuae illius actiones *duodena laborum* definiuntur, exprimenturque imaginibus *Hydrae, Leonis, Apri, Tauri* furentis, *Equi igniuomi, Diomedis, Centauri, Gigantis Antaei, Cerberi, Draconis, Cerui*, etc. *Hercules musagetes* lyram manu tenet, in numo *Naxoensi* fulmine minatur, et non raro superatis laboribus quiescens fingitur. Si MACROBIVM (b) audias, *Herculem* pictores, et sculptores veteres etiam cum poculo fecerunt, et nonnunquam vagabundum, ac ebrium; tum, quod Heros nimio opere vino deditus fingetur, tum quod in antiquis fastis narretur, poculo tanquam nauigio, quod scyphum nominabant, inter summas procellas oceanum tranasse. — Ex his intelligere potes, *animus si te non deficit aequus*, (c) hypotyposim tuam *Alcidis Farnesii*, iuuenibus duntaxat suffragari ad cognoscendas praestantiores *Herculis* figuras, quas quidem, cognitis bene eius laboribus, facile discernent. — Ad *Herculem mehadiensem* eneruandum tota tua narratio nihil adfert, nisi forte edicto sancitum fuisse ostendas, ne quis *Herculem*

— — — — — *praeter Apellen Pingeret, aut alius Lysippo duceret aera.*

(a) *Ibidem* pag. 77.

(b) *Saturgal.* Lib. V. pag. mihi 564.

(c) HORAT. *Epist.* Lib. I. epist. 11.



(a) Nostrae proinde Statuae adaequate ex toto similem, eamque excellentioris formae indices velim, vbi locorum existat, et in quo Museo videaris? Donicum id praestiteris, incassum praecipiti tuo consilio *Herculem Mehadiensem* impetere niteris.

At enim tua opinione non *Heroem*, sed *ostentatorem* praedae statua Banatica exhibet, quia clauam dextra, exuias Leonis sinistra tenet. — Siccine? — Ergo trophaea, quae Victoribus in quibusuis perpetuae memoriae monumentis concedi solent, (a) potius ignominiam, quam celebritatem nominis conciliant? — *Heroem* aegre admodum sine occupationibus, caedibus, deuastationibus, et praedis conceperis. — Reminisce tantisper, quanta cum solennitate Romani suorum exercituum Imperatores, e bello feliciter reduces, in triumphum duxerint. — Nonne in his praeter militum signa, captiui, aurum, argentum, ceterique hostibus erepti thesauri deportabantur, populoque publice in testimonium victoriae ostendebantur? (b) Igitur a consuetudine Gentilium minus abludebat, Heroi inter *Dinos* relato (vti honor iste *Herculi* quoque euenit) certum assignare *characterem*, per quem a reli-

(d) IDEM *ibid.* Lib. II. epist. 1.

(a) VHLICH *Verf. einer Numismat. für Künstler.* Absch. III. IV. Hauptst. §. VI. VIII. IX. etc.

(b) NIEVPORT in *Ritib. Romanor.* Sect. V. Cap. V. §. XII.

quorum Deorum figmentis discriminaretur. — Artifex Statuae Mehadiensis effingere voluit *Herculem Nemaecum*, cui vtique notam characteristicam haud aliam addere potuit, quam *exuias Leonis*. Has seu praedae, seu victoriae signa dicas, tantundem est. — *Claua* autem tanto minus praetermitti potuit, quanto certius MONTFAVCONIO (a) signum est prospere terminatae pugnae. — MACROBIO (b) tanti visa est, vt haec tria ratus sit impossibilia esse, nempe: *vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam, vel versum Homero subtrahere*.

*Herculem* veteres tibi videntur rarius laborantem effinxisse. — Id quidem falsum est. — Si tu in Dactyliotheccis, et Museis vidisti quiescentem, ego ex aduerso innumeras vidi effigies apud MONTFAVCONIVM, item in numis, et alibi experientiae tuae contrarias. — Ipse etiam HORATIVS, (c) tuae opinioni contradicit, quum eum aperte *impigrum*, h. e. laboriosum pronunciat:

— — — — *Iouis interest*

*Optatis epulis impiger Hercules.*

Nihilominus in nostra Statua eum certe magis ad quietem compositum, quam ad laborum aut praedarum ostentationem tendere confiteberis,

(a) *loc. citat.*

(b) *Saturnal. Lib. V. pag. 480.*

(c) *Carmin. Lib. IV. Ode 8.*



quum pedem inflexum vnum, alterum expansum intuitus fueris. — Talem corporis situm, oppido indicium esse hominis lassi, non potes non scire. — Curue praeterea infixae in terram clauae, cui tanquam scipioni innitur manus, neutiquam operationibus superbientem, sed membra defatigata innuit. *Herculem Gaditanum*, expressum in Numo, qui in editione Gronouiana POMPONII MELAE pag. 13. stans curuato pede sinistro antrorsum, dextrum tenens rectum, laeua tria Hesperidum mala, totidem Orbis eorum cogniti partes indicantia, monstrans, manu altera superposita clauae, totum corpus fulciens visitur, perinde operantem, et ostentatorem praedae dixeris? — apage-sis. — Tum enim operantem dixeris, cum clauam leuat, vtj comparet in numo *Traiani Imp.* apud GRISELINVM, (a) vel in alio apud VHLICHVM: (b) aut in illis, qui in notis Gronouianis ad POMPONIVM MELAM (c) exhibentur, non tamen propterea ostentatoris crimine eum notandum, huc dum legi, vel audiui. — Videas imberbem *Herculem* in numo *Tarsensium*, eius honoribus cuso apud CARYOPHILVM, (d)

(a) Versuch einer polit. und nat. Gesch. des Temeschwar. Banats. Tab. VI. num. VIII.

(b) Versuch einer Numismatik für Künstler. Tab. V. pag. 77.

(c) Conf. POMPON. MELAM *de situ Orbis, curante Abraham. Gronouio* 3. Lugd. Batau. 1782. pag. 106. et 316.

(d) *Diss. de Therm. Hercul.* pag. 100.

in quo *Telephum* filium cum cerva, a qua nutritus fuit, cum exuvias Leonis, e sinistra manu pendentibus, cumque Tauri capite, cui Neptunus furorem inspiravit, atque cum clava eidem capiti infixâ, collo insuper torto victoriarum plenus consistit, quin maiestati *Herculis*, fidei, pretio, raritâque numi, ac ipsius figuræ venustati aliquid hac corporis collocatione detractum sit, quia legibus mythologicis accommodus est. — Pinge, quaeso, *Herculem furem* SENECAE, vniuersim pingē, sis, duodenam Laborum herculeorum, fortassis illum sublimem, quam tibi imaginâris, animi quietem ei ubique dabis? — Fortasse Ostentatoris personam prope aemulatura dici possent marmora *Epitynchani*, et *Asclepiadum Claudii*, et *Caecilii*, nisi *Herculis* inter Nymphas consistentis characterem proponerent. (a)

Si quid a situ regionis coniectare prudenter fas est, credo, Incolas *Daciae* non sine causa *Herculem nemacum* inter Penates, et Lares suos accessisse. Præterquam enim, quod Deus aquaticus habitus sit, verosimile etiam est, quod fortitudinem illius implorauerint in illa solitudine contra fera animalia, quæ non poterant non congregari numerosissima inter vastissimarum sylvarum saltus, quibus hodie dum Territorium illud fartum est. — Coniecturae huic fortassis aliquam

---

(a) Extant in editione Gronouiana POMPONII MELAE. pag. 123.



affunderent lucem statuae, quae in Danubio perierunt, et quae mutilatae reperiebantur, si praesto essent. — Erectis enim municipiis, et aductis coloniis, minus utique metuenda erant rabida animantia, quemadmodum *Nemaea* vrbs, dilaniato per *Herculem* leone, ab omni periculo liberata fingebatur. — Igitur origo situs, quem corpori *Herculis mehadiensis* artifex indiderat, etiam coniectura probabili firmari potest. — Is certe, si *LVCANVM* (a) audiamus, non aliunde, quam ab imperio Pontificum provenire potuit. De istis enim cecinit;

*Pontifices Sacri, quibus est permissa potestas  
— qui fata Deum, Secretaque carmina seruant.*

Sed non est mihi animus pretium illustris monumenti coniecturis defendendi, posteaquam explicatum tenemus, nihil religionarium a quopiam suscipi potuisse, quod non esset conforme *Mythologiae*, quae gentilibus non minus sacra fuit, quam hodie *Theologiae* studium Christianis sanctum est.

Id quidem nemo abnuerit, Artificum vni prae altero feliciorum, promptiorumque fuisse manuum, hincque Statuas subinde enatas esse crudissimi operis, alias contra summae admirationis. Tu praeter felicem musculorum effictionem nihil reperisti in Statua mehadiensis, quod spectantis afficere posset animum. In vultu nullum inuenisti

---

(a) *Pharsal*. Lib. I.

characterem, nullumque Pathos; stare praeterea tibi videtur sine villo motu corporis? — Quam ergo misere caecutiunt, qui talismodi Antiquitatum optime gnari, isthoc monumentum curiose ad solidae disciplinae praecepta reuocarunt! Vtut ego probe nouerim, Statuam nostram haud canonem artis plasticae efficere, neque etiam laborem, dextramque POLICLETI proclamare: attamen

— — — — *si propius stes*

*Te capiet magis; — — —*

*Iudicis argutum quae non formidat acumen.*

Opera perfectissima, nullique prorsus naeno obnoxia ab Artificibus quantumuis celebratissimis frustra expectari, sapienter animaduertit olim ALEXANDER GERARDVS; (a) quia ars, phantasia, gustus, ratio, et iudicium frequenter se conuellunt. Sed vbi industria singulare in effingendo opere aliquo sibi meritum vendicat, contemnit vir boni gustus naeuos vnius, alteriusque partis. (b)

— *Vbi plura nitent — non ego paucis*

*Offendar maculis, quas aut incuria fudit,*

*Aut humana parum cauit natura. —*

Si quid video, in *Hercule* efformando Artifex haud aliter illum abs te desideratum *characterem*

(a) Versuch über den Geschmact. II. Th. VII. Absd.

(b) *Reflex. critiques sur la poesie, et sur la peinture.* Part. II. §. 26.

exprimere potest, quam ea tribuendo fortitudinis, atque heroismi in vultu, ac membris signa, quae animum inspicientis reddant attentum. — Quod si inuentioni ex iusta proportione iungatur singularum partium cum toto consensus, etiam formae pulchritudinem attingit. — Sed quoniam haec ex LAIRESSEO (a) tibi caeteroquin cognita esse, nullus dubitem, occurrit mihi, iudicium in discutiendis, et approbandis fabricatis admodum arbitrarium esse: nam — — *amoena vocat mecum, qui sentit, et odit*

*Quae tu pulchra putas.* (b) — — —  
 Oboritur plerumque difficultas in examinandis veteribus figuris inde, quod oculus noster illis minus assuetus sit, hincque intensa in vnum obiectum magis acie, ceterarum partium examen, totiusque ad verum *idealismum* habendum combinatio passim negligatur. — Neque etiam aequali gradu in Mythologia, Poesi, Historia, Critica, Aesthetica, et his affinibus scientiis, artibusque omnes versati sumus, ut omnino irrefragabilem, et limati iudicii sententiam de operum plasticorum pulchritudine, pretio, et artificio ferre valeamus. — In quibusdam enim Statuis nihil prorsus inuenitur, quod aliquid *sublime* enunciaret, sua tamen neququam carent aestimatione, quia,

---

(b) *Grosses Mabler Buch*. IX. Buch. Abhandl. von der Bildhauerkunst. pag. 217. et seqq.

(c) HORAT. *Epist.* Lib. I. epist. 14.

teste QVINTILIANO, (a) *commutatio*, et *magis inopinata delectant*. — Immo in hunc meum sensum ARISTOTELES (b) de *Polygnoti, Dionysii, et Pausonis* penicillo iam olim iudicauit: inquiens: *πολυγνυτος μεν κρειττος, παυτων δε χειρους, Διονυσιος δε ομοιως εικαζε*. — Neque etiam aliter sentit doctissimus olim Abbas DV BOS, (c) *mutata paritate a poemate, et tabula picta ad opera plastica, quae tu in toto idealia requiris, quemadmodum poemam, et tabulam pictam*. Potest scilicet seu vnum, seu alterum pessime esse dispositum, vilibusque instructum quidem partibus, nihilominus tam pictura, quam poema in suo genere excellere, vtut opera non sint perfectissima. — Raro admodum euenire, vt artifex, quantumuis celebris, in effingendis singulis, quae ad operis alicuius perfectionem spectant, partibus emineat, iam olim QVINTILIANVS (d) obseruasse videtur, quum ait: „ad veritatem *Lysippum, et Praxitelem* accessisse optime affirmant. Nam *Demetrius* tanquam nimius in ea, reprehenditur, et fuit similitudinis quam pulchritudinis amantior.

Etiam si itaque ad absolutam formae pulchritudinem tua opinione aliquid in *Hercule meha-*

(a) *Instit. Orator, Lib. VIII. Cap. 6.*

(b) *de Poet. Cap. XII.*

(c) *Reflex. critiques sur la Poesie, et sur la peinture. Part. II. §. 26.*

(d) *Instit. Orator. Lib. XII. Cap. 2.*





*diensi desiderari existimaretur, tamen rarior ipsius figurae positura, et felix, quam nec tu negas, musculorum effictio, velut singulare anatomiae plasticae meritum supplet (si tamen aliquis in hac Statua est) defectum, eiusdemque pulchritudo vno, alteroue naevo neutiquam tollitur. — Sed fortassis defectus ille magis imaginarius, quam realis est. — Si enim isthoc antiquitatis fragmentum ad artis plasticae principia reuocetur, in ea classes pulchritudinis (a) tam accurato ordine se inuicem excipiunt, vt*

— — — *Lacunia, plana*

*Magnaue Signa* — — —

*Ex longo deducta fluant, non secta minutim.* (b)

id est: gradus quidam *quantitatis* in membris, fibrillis, aliisque corporis partibus, aptissima cum inuentione, proportione, conuenientia, et associatione iucunde elucescat. — *Proportio* consistit in partium externarum harmonia, quae quanto maiori sollicitudine ad mensuram geometricam reductae sunt, tanto certiore commonstrant symmetriam. *Conuenientia*, quae hanc sequitur, historica in ornatu non potest non etiam fabricato plurimum addere et dignitatis et venustatis. Haec ab *inuentione* profluit, qua ingenium artificis manifestatur; ipsa vero *associatio* proportioni affinis a Statuario per ideas figurae, quam effinxit,

---

(a) HOGARTH *Untersuchung der Schönheit*. Cap. 11.

(b) FRESNOI *de art. graph.* v. 108.

abunde insinuata est. — Ex istorum principiorum plasticorum accurata coniunctione in nobis quemdam sensum *pulchritudinis* seu *relatiuae*, seu *absolutae* excitari, perquam scite arguit HVTCHESONIVS. (a) Quodsi haec cum descriptione Statuae, quam superius dedimus, pensitate conferantur, *Herculem mehadicensem* sane ad plasticos principia ab artifice haud imperito efformatum esse, aequus rerum arbiter nequaquam inficiabitur.

Tu in vultu *characterem* quaeris, nullumque inuenisti *πάθος*? — conspexerunt, crede mihi, in eo alii τὸ πρόσωπον ἡσυχίον, iconem quippe animi figurae ex toto prorsus conuenientem. — Si tamen nihil plane in nostra Statua reperis, quod tuum afficere possit animum, tribunitiae tuae sententiae vltro non aduersabor. Frustra enim ratione depugnatur contra illos, qui — *nil rectum, nisi, quod placuit, sibi ducunt*. (b) Sat sit, considerato corporis situ, simulacro huic sublimiorem animi quietem dari non potuisse. Stare autem *Herculem* nostrum prorsus immotum, ipse quoque persuasus sum, Stat enim — *solutis crinibus, ambiguoque vultu*. (c) Nec assequor, quomodo in aenea figura motus seu tremulus, seu sciotericus, aut cuiuscunque nominis cogitatione

---

(a) Untersuchung des Ursprungs unserer Ideen von Schönheit, und Tugend. 1. Abthl. 4. Abschn.

(b) HORAT. *Epistol. Lib. II. epist. I.*

(c) Idem *Carm. Lib. II. Od. V.*



depingi valeat. — Profecto incredibili imaginatione opus est, vt hunc aliquis in suo cerebro concipiat, aut plane oculis se videre putet. Argutiae hae sunt, non ad eruendum *idealismum aestheticum*, sed ad exprimenda phantasmata poetica scitulis conducturae. — *Sublimitas* anxie quaesita in omni arte vacillat.

*Dum vitat humum, nubes, et inania captat.*

Quanta, quaeso, non LONGINVS admiratus est in HOMERO, quae HERMOGENES, (a) et SCALIGER (b) contemserunt? — Exactissimos ingenii foetus, quos STATIVS, LVCANVS, VIRGILIVS ad posteros transmiserunt, suis non carere vitiis BOVHOVSIVS (c) declarauit. Nimiram diligentiam Protogenis operibus ab APELLE errori datam esse, narrat PLINIVS. (d) — Vehementer ergo fluctuans est gustus aestheticus, qui fortassis non intra seculum, non intra decadem, sed intra paucos dies mutationem persaepe subit, neque vbique gentium, et locorum vnus, idemque est. — Profecto (saluis doctrinae de bono gustu praeceptis) frequenter verae, vel falsae formantur ideae, prout scilicet mens magis, vel minus serena est. — Inde plura postea indirecta de obiectis nascuntur iudicia, quibus tuam etiam de *Hercule mehadiensis* tanquam ex tripo-

(a) *Rhetor.* πρὸς ἸΔΕΩΝ Lib. II. pag. mihi 192.

(b) *Poetic.* Lib. V. Cap. 3.

(c) *Maniere de bien penser.* Dialog. 3.


(d) *Hist. natural.* Lib. XXXV. Cap. 10.

de pronunciatam adnumerauerim sententiam. — Etiam si Statua nostra ad summi conceptus voluptatem primo obtutu animum non excitet, neque etiam character illius dominans sit, tamen originalis figurae ideam proponit, et boni gustus artificium confirmat, quod sane ad illius valorem viro praeiudiciis libero sufficiens est argumentum.

Accedit porro aestimanda eius *antiquitas*, quam fortasse haud alius in quaestionem vocauerit, nisi qui veterum rituum, historiarum, argumentorum, notarum, et signorum, e quibus praeiorum operum aetas non modo diuinari, sed etiam determinari assolet, prorsus ignarus sit. In nostra Statua partes aliquae corporis aeruginem iam exesae sunt, quam utique per temporis diurnitatem sub terra contraxit, (a) immo viride aeris etiamnum per totam figuram diffusum est, quod opinionem adulterati, vel recentioris fabricati in sciolis quoque cohibere debet. — Tu quidem ad aetatem illius designandam scire postulas tempus, quo haec inuenta habetur, quibus cum monumentis? — Miror te non legale (vt Iuris consulti nostri loqui amant) testimonium deprecere, quo illius auctoritas corroboretur. — At ego annum reperti pretiosi huius ex antiquitate romana fragmenti fidedigne enarraui, locumque

---

(a) — — — — *longa vetustas  
destruit, et saxo longa senectia nocet.*



indicaui, in quo Coloniam extitisse, nullus rerum patriarum peritus ambigit, posteaquam Lapidum superius recitata epigrammata cultum *Herculis* in *Dacia ripensi* affatim testificantur. — Non tam annus, quo Statua mehadiensis effossa est, quam, quo Romani illic consederunt, atque locus, in quo reperta fuit, inuestigandus erat, ut ex praeteritorum temporum, et locorum adiunctis, si non manifesta certitudo, saltem aliquid veri simile elici valeat. Nam *antiquis in rebus si qua veris similia, pro veris accipiuntur.* (a) Quum ergo opus isthoc plasticum ante annos mille septingentos, ac ultra, eam in regionem quoquo modo delapsum statuitur, assertum a veritate non abhorret, neque perperam de illius aetate indicatur.

Non refero quidem illud ad AVGVSTI imperium, aut hunc praecedentia tempora; mihi tamen abunde satis est, perspicuis testimoniis, et rationibus docuisse, quod pleraque Herculana immensi laboris cris per TRAIANVM illic condita fuerint. — Quare pretium, auctoritatemque Statuae nostrae neutiquam infringi credas, si supra tertium, vel alterum Christi seculum illius epocha protendi nequeat, quo videlicet tempore artifices in Romano Imperio iam defecisse, artes ipsas e provinciis exulasse, nullum monumentum manu graecanica elaboratum esse, ingeniaque nulla

---

(a) LIVIVS *Hist. Rom.* Dec. I. Lib. V.

amplius spiritu artistico adflata exitisse, sine vlla dubitatione palam profiteris. — Etiamsi tuae adstipularer sententiae, tamen intercapedo octo et decem saeculorum, ingentem annorum seriem vsque nostra, quae viuimus, tempora efficit, omneque illius aevi productum plurima attentione dignum reddit. —

Absit vero, vt artes TRAIANO imperante concidisse, nobis persuadeamus, SEX. AVR. VICTORIS (a) auctoritate docemur, eum magis dilexisse *simpliciora ingenia, aut eruditissimos, quamuis ipse parcae esset scientiae, moderateque eloquens.* — Ornarunt eius imperium C. PLINEVS CAECILIVS SECVNDVS Consul, huiusque coaeui CORNEL. TACITVS, SVETONIVS TRANQVIL. L. ANNAEVVS FLORVS, HYGINVS, M. FAB. QVINTILIANVS, (b) aliique viri, ac Scriptores famigeratissimi. — Ecquis Principem *Patris Patriae* eloquio condecorari potuisse crediderit, nisi curas suas etiam in promotionem Artium liberalium, et scientiarum intendisset? — Exquisita ingenia fortunam belligerationum adiungere, contra hostes inexpugnabilia fuerunt munimenta, inaccessarumque arcium loco ab Imperatore habita sunt, cuius fortitudo in

---

(a) *Hist. Rom. de vit. et morib. Imp. Rom. Cap. XIII.*

(b) Conf. BVDAL ÉSAI. *Régi tudós világ Históriaja.* 8. Debreczen. 1802.

Germania, Dacia, Armenia, Seleucia, et alibi Romani Imperii dignitatem mirifice sustinuit. — Si synchroni PLINII (a) sermonem attendamus, in ipsis quoque *Traiani* conuiuio *studiorum honor* celebratus fuit. Immo, quanto in pretio habuerit Litteras, disserte his verbis enunciat. (b) — „Quid vitam? quid mores iuuentutis, quam „principaliter formas? quem honorem dicendi „magistris, quam dignitatem sapientiae doctoribus habes? ut sub te spiritum et sanguinem et „patriam receperunt studia, quae priorum temporum immanitas exiliis puniebat, quum sibi vitiorum omnium conscius Princeps, inimicas vitis artes non odio magis quam reuerentia relegaret? ac tu easdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Praestas enim quaecunque „praecipiant; tantumque eas diiugis, quantum „ab illis probaris.“ (c) *Lauacra, balnea, aquaeductus, porticus, columnas, theatra, aedes* denique, quae artis peritiam, et gustum loquerentur, non modo Romae, sed etiam in Prouinciis, imperante *Traiano* surrexisse, idem PLINIUS in suis *Epistolis* (d) frequentius meminit. — Ex

---

(a) In *Panegy. Traiano dicto* pag. mihi 43.

(b) *Ibidem.* pag. 41.

(c) Huc pertinent liberalitatis exempla, quae a *Traiano* viros doctos exceptos fuisse, refert PLINIUS *Lib. X. epist.* 66. 67.

(d) *Lib. IX. epist.* 39. *Lib. X. epist.* 35. 46. 47. 49. 51. 58. 59. 69. 75. 97. 99.

*artificibus* illius aevi nomina MVSTII, (a) et APOLLODORI DAMASCENI ignota non sunt. — Posteriorem architecturae, ac hydraulicae fuisse intelligentissimum, annunciat *pons* stupendi operis, quem iussu Imperatoris ad *Portam ferream* (b) super *Danubio* posuit in longitudine 4770. pedum, insistentem XX. pilis ex quadratis lapidibus, quibus ad distantiam 170. pedum iungebantur fornices ex ligno solide constructi. Cuiusvis pilae crassities 60. altitudo praeter fundamenta 150. pedes aequabat; in vna ripae parte *Fontium*, in altera *Theodorum*, castellorum vices, ad tuendum pontem contra hostiles incursiones, suppleuisse aevo PROCOPII, narrat ZEDLERVS. (c) — Non minoris moliminis est *Columna Traiana* a Senatu, Populoque Romano in memoriam sub iugum missae *Daciae*, honoribus Imperatoris posita, cuius effigiem verbis viri Perillustris, et celeberrimi C. G. HEYNI (d) damus. „Habet „enim ipsa Columnae moles et altitudo CXV. „pedum (cum statua, quae olim XXII. pedum

---

(a) Iste *Cereris* aedem refecit. PLIN. *Lib. XI. epist. 39.*

(b) Valachis hodie *Waschul*, Hungaris *Vaskupa* dicitur.

(c) *Allgemeine Chronik. II. Band pag. 459.*

(d) Ex Epistola ad IO. CHRIST. ENGEL *Commentat. de Expeditionib. Traiani ad Dantubium, etc. pag. 29*



„imposita fuit, nunc S. Petri est XIII. p.) mar-  
 „morum, ex quibus illa constat, XXX. numero  
 „ingentium congeries, miranda scapi crassities,  
 „diametrum ima parte habens X, et XI. pedum,  
 „spatiumque interius, quod CLXXXIV. gradus  
 „habet, quibus ad fastigium columnae ascende-  
 „re licet, XLI. fenestris lucem admittentibus,  
 „tum vero figurarum sculptarum numerus ad duo  
 „millia assurgens, earumque varietas, et ars in  
 „singendo, sculpendoque ore, cultu, habituque;  
 „habent inquam, omnia haec magnam admira-  
 „tionem; accedit, quod ipse operis titulus me-  
 „morat, egesta ad eam altitudinem humo co-  
 „lumnam positam esse, quandoquidem illa me-  
 „dium fori Traiani tenebat, quod colle effosso,  
 „et ad planitiem redacto factum erat.“ — Vtut  
 vir doctissimus auctorem anaglyphi ab erroribus  
 haud excusatum esse velit, interea ait (a) ta-  
 men: „artifici manet sua laus inprimis in deli-  
 „neandis, et circumscribendis singulis figuris,  
 „inprimis virorum formis, motu, gestu, actu;  
 „videas multa magna corporis vi, animique vir-  
 „tute geri; corporum habitus, vestitusque, gres-  
 „sus, et incessus, sensus quoque animi, tam  
 „felici arte sunt redditi, vt nihil in hoc deside-  
 „rari posse videatur: — — Maximam autem  
 „mirationem columna habere debuit ipso loco,  
 „et respectu ceterorum operum fori Traiani;

---

(a) *Ibidem* pag. 38.

„quandoquidem illa eminebat inter magnificas  
„extruções varii generis, palatia, templa, por-  
„ticus amplissimas, et arcum triumphalem; ex  
„toto itaque adpectu, non ex vna, et altera  
„structura magnificentiam aestimare licet.“ Aptis-  
sime haec *Herculis mehadensis* figurae respon-  
dent, videlicet: a vitio, quod minuto tuo lyncis  
(a) oculo in hac Statua tibi videre visus es, au-  
ctorem imaginis (quemadmodum id columna Tra-  
iana auctorem anaglyphi) culpandum, non vero  
manum artificis damnandam esse negligentiae.  
Profecto saeculo *Traiani* nequaquam defecisse in  
Romano Imperio, qua late ptebat, artifices,  
non modo explicata bina perspicacissimi ingenii  
specimina, pluraque in C. PLINII Epistolis te-  
stimonia condocent, sed porro etiam exempla  
basilicarum, templorum, sanorum, amphithea-  
trorum, balneorum, aquae ductuum, viarum,  
aliorumque operum, quae a BARTALE (b) in  
*Dacia* olim viguisse memorantur, omne, quod  
hac in re obscurum est, commode illustrant. —  
Poene impossibile est, ut spatio vudécim anno-  
rum, quibus Imperator fortissimus post debella-  
tum *Decebalum* vixit, *Daciam* sine magna Arti-

---

(a) Vetus Hungarorum prouerbiū Recensentibus  
nostri acui perquam accomodum est: *nds hzdnał  
szemes, magácnúł vak.*

(b) *Ort. et occas. Imp. Rom. in Dacia medit. Cap.*  
I. §. XV.



ficum, eruditissimorumque virorum copia secun-  
 ram, splendidam, fertilem, felicem, ornatissi-  
 mam denique reddere potuisset. — Nam ex rui-  
 nis, quae modo in villis, modo ad fluuios, et  
 ripas, aut inter silvas, ac montes conspiciuntur,  
 non obscure adparet, Artifices in excolenda re-  
 gione, quae hodie *Banatus Temesiensis* nomine  
 venit, aetate *Traiani* ingenium, manusque suas  
 egregie exercui se. — Certe vestigia viarum Ro-  
 manarum, quae incredibilis operae lapidibus,  
 tegulisque stratae fuerunt, atque pluribus in lo-  
 cis per vniuersam Daciam pone *Danubium*, et  
*Bersonam*, (a) qui olim *Bersouiam* veterum al-  
 luebat, passim supersunt, solertes antiquitatum  
 indagatores iam saepe numero in admirationem  
 rapuerunt. (b) Ipsa *caverna* ad recipiendum co-  
 piosioreni militem, quae in monte pone *Danu-*  
*bium*, *viamque Traianam* vsque pagum *Ogradi-*  
*na* dictum protenso, spectatur, opus est stuper-  
 dum industriae romanae, ruinis obseruatoriae  
*turris* etiamnum septum. (c) Occupata Dacia,  
*Traianum* sollicite etiam thesauros, qui sub terra  
 latebant, curasse, planum facit *Collegium aura-*

---

(a) Fluuiolus, qui hodie ad *Manak* iungitur *Temeso*.

(b) Huc certe referri potest illud PROPERTII  
 Lib. III. Eleg. 16.

— sonat Herculeo structa labore via.

(c) Conf. Tabul. VII. in GRISELINI *Essai de la  
 Géographie de la Dacie*.

*rium* inibi erectum, cui Libertum suum praefecerat, cum votiua tabula :

IOV. INVENTORI  
DITI. PATRI. TERRÆ. MATRI  
DETECTIS. DACIÆ. THESAVRIS  
DIVVS. NERVA. TRAIANVS  
CÆS. AVG.  
VOTVM. SOLVIT.

Metallifodinas sine singularis artificii *machinis* haud aliquando cultas fuisse, nostri aevi labores liquido comprobant. — Consenties ergo etiam ad hoc opus perficiendum neququam indoctos Artifices adhibendos fuisse. — Profecto quidquid antiquitatis romanae hactenus in *Banatu* reperiebatur, omnino illustre est, atque aetatem *Traiani* vix praecesserat. Vnde concludere pronum est, sub illius gubernio Romanum Imperium sufficientes in Prouinciis numerasse cuiusuis generis Artifices. Istorum aliquis etiam *Herculem melu-tiensem* effinxerit ad *gustum, votum, iudicium, et imperium* Prouincialium, vel maxime *Legionum*, quarum plures per *Municipia* dispersae in *Dacia ripensi* degebant, *Colonias ex Italia* eorum translocatas contra hostium inuasiones tuturae. — Namque *Deccebal*o denicto, Imperator *Traianus* in Tabulis suis votiuis IOVEM *Statorem*, HERCVLEM *Vincitorem* (a) nominat. — Si itaque

---

(a) Conf. GRISELINI *Geschichte des Temeswarer Banats*. II, 24. XI. Brief. pag. 111.



in Statua nostra *Hercules* personam Herois repræsentat, quid, quaeso, contra consuetudinem *Vincitoris* ab artifice peccatum est? — Sed enim subiit hæc longioris perscrutationis examen, visumque est

— — — — *pretium donare muneri.* (a)

Supernacaneum proinde foret inani verbositate vltro disputare. — Me certe taedet diutius huic argumento immorari, cui elucubrando, ne in maiorem, quam mihi imperaueram, molem excresceret, a me omnem conatum adhibitum fuisse, qua es perspicacitate, facile intelliges. — Habeas ea propter pauca hæc in vicem responsi ad cogitata, quæ tibi ex ascopera oestri poetici in-tempestive, et admodum celeriter exciderunt. — Atque *I nunc, et versus tecum meditare canoros.* (b)

---

(a) HORAT. *Carm.* Lib. IV. Od. 8.

(b) IDEM *Epist.* Lib. II. epist. 2.

---

P E S T H I N I,

TYPIS MATTHIAE TRATTNER. CAES. R. PR. TYP.

1 8 0 6.













